



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 41. Baji errores rursus impugnati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

operam impendebant, præcipue vero **Sæcul. XVI.**
 Antonius Augustinus in suo libro *de* **A.C. 1582.**
emendatione Gratiani: pariter tres Do-
 ctiores Galli Antonius Mouchius, Anto-
 nius le Comte, & Petrus Mulinus huic
 labori manum admoveere nitebantur:
 præprimis vero Pius IV., & Pius V. di-
 versos alios Viros eruditione præstan-
 tissimos ad hujus decreti emendatio-
 nem feligebant: denique Hugo Bon-
 compagnus juris Canonici Professor vix
 conscensa divi Petri Cathedra quan-
 tocius summo studio correctam, ex-
 actamque decreti Gratiani editionem,
 doctissimis adnotationibus, glossisque
 auctam concinnare aggrediebatur, eam-
 que hoc anno Christi millesimo quin-
 gentesimo octogesimo secundo Romæ
 divulgabat, quam insuper Sixtus Faber
 ex Ordine sancti Dominici, sacrique
 Palatii Magister notis marginalibus lon-
 ge utilissimis locupletabat.

§. XLI.

Baji errores rursus impugnati.

Cum constans omnium opinio esset, *Op. Baji*
 quod Bajus erroribus suis per Pii V. *Bajan. t. 2.*
 Bullam proscriptis semper inhæreret, *p. 42. & 46.*
 hinc palam etiam accusabatur, quod
 Theologiæ Candidatos præpediret, ne
 debitæ erga hanc Bullam submissionis ju-
 ramentum præstarent, imo eidem cri-

Sæcul. XVI
A. C. 1583

mini dabatur, quod proponere auderet, hoc juramentum, quod ab eis exigetur, deletum iri, quando pro Doctoratus honore accessuri essent: hæc igitur accusationum capita ad Toletum Cardinalem transmittentur, unacum pluribus propositionibus, quæ tam doctrinam, quam Baji Doctoris temeritatem concernebant: harum vero propositionum judicium Toletus ad Complutensem, & Salmanticensem Universitates remittebat.

§. XLII.

Novem Baji propositiones a Complutensi, & Salmanticensi Universitatibus proscriptæ.

Bajan. l. c.

Itaque hoc anno præfatæ Universitates suam quævis censuram pronuntiabat, & quidem Complutensis novem sequentes hæc propositiones damnabat.

I. *Propositio.* „Omnis pœna est pœna peccati: itaque omnia, quæ sancti sunt, passi, & patiuntur, ut Job, Tobias, B. V. Maria, & omnes Martyres, & sancti, propter suum peccatum patiuntur.”

Censura. „Hæc propositio duos sensus habet, quorum primus est, ut nomine sui peccati significetur peccatum originis, a quo ex sententia hujus Doctoris ne B. quidem Virgo immunis